

gumentum in *sua Hennebergensium Comitum Historia*, quam ex *Diplomatibus, Epitaphiis & Sigillis* improbo studio maximoque cum publici emolumento confecit, persecutum esse, optandumque oppidò esset, ut lucem publicam videat propediem. Hæcque fuerunt, quæ de *Nummis Cygneis* in præsens opera propemodum extemporanea commentari placuit.

CAPUT III. DE NUMMIS COBURGENSIBUS.

§. I.

AD *Coburgenses* nunc recto gradu pergimus *Nummos*, illius scilicet civitatis, quæ *nobilissimum totius Franconia* olim hodieque *audivit emporium*, non tamen *hoc nomine antiquioribus* æque nota *temporibus*, sed *Trufali* potius *pago* (a) *inclusa, Trufalitati, aut Truffelstatti* appellatione inclaruerat: *origine interea utriusque* æque in
ob-

(a) Ita enim Præ-Nobilis, & Jure-Consultis, Dn. Hoennius, Amicus, Fautorque noster honoratissimus, in *Chronico suo Coburgensi*, (ad quod in posterum nobis frequentius erit provocandum) p. 4. de hoc negotio: Was in der *Fluhrmarkung* der Stadt *Coburg* befindlich, mag unter dem *Pago Trufali*, oder (wie *Coburg* ehedessen selbst so geheissen) *Trufftersdorff* begriffen gewesen seyn. Et in denominatione veterum hujus regionis locorum p. 178. inquit: *Trufftelstadt*, oder *Trufalitati*, nun *Coburg*. Deque propugnaculo montano *Coburgensi* separatim agens p. 137: Dieser *Orth* aber, wo *anjetzige Vestung* stehet, hat vor *Alters Trufalitati* geheissen, wie dessen Zeugnis giebet das in der *Chronick* unter dem *Jahr 1207.* angeführte Document. Illud verò evolventes in *Annalibus* p. 15. 16. tale deprehendimus: *Abbatissa* (in *Vilesdorff*) & *Conventus* renunciabunt omni juri, quod habebant, vel quod videbantur habere in *Ecclesia & in universo burgo Choburg*, quod antiquitus dicebatur *Trufalitati*. Sed quando idem *laudatus Autor* hujus urbis origines ad *Romanorum tempora*, *Besoldi statibus* fortè seductus, rejicere videtur, p. 187. scribens: So viel aber ist mehr als zu gewiß, daß *Coburg* bereits vor 700. und mehr Jahren den Namen einer Stadt, und zwar *Trufalitati* geführt, und daher auch deswegen mit unter die ältesten, und von den Römern erbaute Städte zu rechnen, welches die End-Sylbe dieses Worts klare Anzeige giebet, indem das Wort *Stadt*, so viel als *Statiba*, oder *Sommerlager* bedeutet; mihi, qua est humanitate, vitio haud vertet, si pedem heic retraham, & incolas ejusdem neque à *Romanis*, neque à *Trufalis populo* arcessendos esse credam, ætate quippe ejusdem urbis *longe recentiori*, & haud ultra *decimum Seculum* proferenda, docentibus, si non alia suppetant

Y

ratio